Copia

Capitulum et Canonici Sacrosanctæ Lateranensis Ecclesiæ

Omnium Urbis, et Orbis Ecclesiarum Matris, et Capitis

Dilectis nobis in Christo nobilibus Viris Mercatoribus, et Confratribus Confrat
ernitatis Italorum in Civitate Ulixbonen. commorantium Salutem in
Dno sempiternam. Ordinarium in Ecclesiis, Cappellas, Hospitalia aliaque pia Loca
in Solo ac Fundo Sacrosanctæ nræ Lateranensis Ecclæ constructa, et erecta, sive
eidem unita, et membra de eius corpore effecta potestatem ex benignitate Sedis
Apcæ obtinentes, circa eorum statum meditationis nræ considerationem prop
ensius adhibere nos convenit, et ea quæ ad decus, et exaltationem earumdem
per nos, seu Prædecessores nostros concessa fuisse reperiuntur, ut omni prors
us debito careant, et illibata perpetuo subsistant, innovare, approbare, et
confirmare prout in Dno conspicimus salubriter expedire. Cum itaque
pro parte vestra Nobis expositum fuerit, quod alias Mercatores Itali,
et Confratres Prædecessores vestri Ecclam seu Cappellam sub Invocatione
S. Mariæ de Laureto, cum oibus membris, et Officinis necessariis et opportunis,
in quodam Fundo, seu petio Terræ posito extra, et prope mœnia Civitatis
Ulixbonæ iuxta eiusdem Civitatis Portam, quæ dicitur S. Catherinæ prius
a' præfatis Mercatoribus nræ Sacrosanctæ Lateranen. Ecclæ, et Nobis donatione
perpetua, et irrevocabili, quæ dicitur inter vivos donato ædificaverint
et a fundamentis extruxerint, atque in ea Confraternitatem Laicorum
sub nomine SSmi Sacramenti cum Cappellanis alijsque omnibus ad divina
officia, et Sacramentorum administrationem necessarijs sub omnimoda
tamen, ac privativa, et immediata Iurisdictione penitus exemptam
instituerint, et ordinaverint vigore facultatum, et Privilegiorum, a Cap
itulo, et Canonicis Prædecessoribus nostris eis concessorum, sub annuo, ac
perpetuo Canone, et recognitione unius mediæ libræ ceræ albæ laboratæ
hic Romæ in manibus Camerarij nostri pro tempore existentis singulis
annis in Vigilia Nativitatis S. Joannis Baptæ solvendi, ac sub onere
petendi ac obtinendi a Nobis in singulis quindecim annis hodie
Privilegiorum renovationem, et confirmationem aliàs concessorum
prout latius in Litteris sub die 20 Aplis Millesimi Quingentesimi decimi
octavi desuper expeditis continetur. Verum quia, vel ob Canonem ante
actis temporibus non solutos, et ob non petitam in singulo decimo quinto
Anno Privilegiorum renovationem Eclia vestra et situm præfatum
ad nostrum Capitulum, et Nos legitime devoluta existit, summopere
autem expediat pro huius pij operis insigni Italorum pietati vestitu
ti, felici conservatione, et feliciori incremento, ut facultates, et Privile
gia omnia a Nobis concessa, firma, inconcussa, et in suo robore rema
neant, atque illis, tam moderni Confratres, quam illorum Successores
tute gaudere, et uti perpetuo possint, et valeant; Ideo præquia soluti
one Canonum decursorum in manibus Camerarij nostri facta supplica
re Nobis humiliter fecistis, quatenus in præmissis opportune providere
et quantum Sedis Apcæ benignitate, et auctoritate possumus indulgere
dignaremur. Nos igitur supplicationem hoc ad maiorem Dei Beatissi
mæque Virginis Mariæ gloriam ordinatam agnoscentes, atque omnia

ad

Ratificaçam de S. Joam Laterano de 12 Mayo 1718

BREVE 18

ad divini Cultus augumentum conducentia alacri animo exoptantes
easque nos per adeo preclarum pietatis opus de Stobis benemerentes spe
cialibus favoribus, et gratiis vos prosequi, una cum Illmo et Rmo Dno
Prospero Columna Prothonotario Aplico, ac R. C. A. Clerico, ac Emmi et Rmi
Dni Benedicti S. Mariæ in Via lata S. R. E. diaconi Cardinalis Pamphilij
nuncupat Sacrosanctæ Lateranensis Ecclæ Archipresbiteri, Vicario in Pap
ali Romano Lateranensi Patriarchio, ut moris est Capitulariter congre
gati, auctoritate nra ordinaria, ac Privilegiorum, et Indultorum Aposto
licorum, civitate Stobis, et Sacrosanctæ Ecclæ a Summis Romanis Ponti
ficibus concessorum, quibus fungimur, et in quorum usu, et possessi
one sumus pfatæ Ecclæ sub Invocatione S. Mariæ Virginis Lauretanæ
in dicto nro solo ædificatæ, nec non Confraternitati SSmi Sacramenti
in Eccliâ prefata institutæ, ordinatæ, et auctoritate nrâ erectæ, Privi
legia omnia, immunitates, gratias, exemptiones, ac indulgentias, quas
Eccla Lateranensis, Ecclesiis in solo, et fundo Lateranensi erectis, ex Aplicâ
auctoritate concedere solet, denuo impartimur, ac in Dno libentissime
concedimus, quamcumque caducitatem, et devolutionem pfatis et
Ecclæ, ac Privilegiorum a Predecessoribus nostris nobis concessorum ut premit
titur, tam ex causa Canonum in preteritum non solutorum, et non petitæ
in singulo decimo quinto anno Renovationis, quam ex alia quacumque
causa forsitan incursam gratiose remittentes, et condonantes, et in
pristinum in quo erant statum plenarie restituentes, atque concessio
nem soli, et Ecclesiæ ædificatæ inibi, et facultatum, exemptionum, ac Privi
legiorum omnium, quæ in preinsertis litteris a Predecessoribus nostris
sub die 20 Aplis 1518 seu alio veriori tempore continentur in oibus
et per omnia confirmamus et approbamus eisque inviolabilis auctori
tatis Aplicæ nobis concessæ robur adiicimus. Volentes quod pta vestra Ecclia
nec non Confraternitas sub omnimoda sit jurisdictione privativa, et
gubernio S. Sedis Aplicæ, et nostro, ac sub directo dominio Sacrosanctæ Lat
eranensis Ecclæ, et nostro, in cuius recognitione singulo quolibet anno
perpetuis futuris temporibus ad solutionem unius mediæ libræ Ceræ
albæ laboratæ in Urbe Roma in manibus pro tempore existentis Camer
arij nostri faciendam, atque ad petendam, et obtinendam a Nobis et Succeso
ribus nostris in perpetuum in singulo decimo quinto anno incipiendo dic
tatis litterarum hodi earumdem litterarum concessionis confirmationem
prout in primævis litteris de Anno 1518 expeditis continetur, Vos, et Succes
sores vestros teneri volumus, et mandamus; iniuncto preterea Vobis, et suc
cessoribus vestris onere, et precepto, ut statim hac post receptas nostras has
litteras commode fieri poterit, insignia lapidea Sacrosanctæ nræ Lateranen
Ecclæ in prospectu vel super januam memoratæ Ecclæ B. M. V. Lauretanæ quat
enus actenus apposita non sint, apponere, seu apponi facere debeatis, prout
nos stricte in domino precipimus, et mandamus. In quorum fidem Robur
et Testimonium pntes has nras litteras manibus Illmorum et Rmorum
DD Camerariorum, et Secretarij Canonicorum nostrorum subscribi,

Si

Sigillique nostri Capitularis Magni, quo in talibus utimur, iussimus, ac fecimus impressione muniri. Datum Romae apud Lateranum Anno a Nativitate D. N. Iesu Christi Millesimo septingentesimo decimo octavo die vero decima secunda Mensis Novembris, Pontificatus autem SS.mi in Christo Patris et D N D. Clementis divina Providentia Papae XI Anno eius decimo octavo

Antonius Franciscus de Grassis Canonicus Lateranensis Camerarius

Camillus Martinus Canonicus Lateranensis a secretis.

Antonius Franciscus de Valentibus Canonicus Lateranensis Camerarius

Loco ✠ Magni Sigilli.

CHIESA ITALIANA DI N.S. DI LORETO LISBONA

Caixa III

1

Confirmatio Privilegiorum
Eclię B. M. de Laureto na
tionis Italorum civitatis Ulixbon.
obtenta de Anno 1718

CHIESA ITALIANA DI N. S. DI LORETO
LISBONA